

nenda est, ut omnes Doctores tenent; & cum hæc in crimine stupri, seclusa violentia, & raptu, sit extraordinaria, d. si item lex Julia de adulteris, in fi. de publ. jud. & de Jure Hispano, d. l. tit. 19. 26 part. 7. extra ordinem reus plectendus erat: Text. in leg. si quis viduam, ff. de quest. pluribus Anton. Gomez. in d. l. 80. Tauri. num. 9. Grilland. d. quest. 7. n. 12. Clar. d. §. stuprum, num. 3. & ibi Baiard. num. 34. Farin. d. quest. 147. num. 7. 96. & 109. Fachin. lib. 9. controuer. cap. 101. per tot. Franquif. decis. 534. num. 1. cum segg. Peguera, decis. 42. num. 3. Petr. Gregor. lib. 36. syntag. cap. 9. num. 5. Caball. dict. cas. 283. num. 8. Fontanell. d. claus. 5. Gloss. 5. part. 2. num. 2. Langicus, semestr. lib. 8. cap. 7. in princ. Ciardin lib. 1. controuerf. cap. 33. num. 81. Marinis, lib. 1. resolut. cap. 255. num. 14. Anton. Matth. dict. cap. 5. num. 8. Berlich. d. conclus. 38. num. 105. Carpov. dict. quest. 69. Cum enim in hac specie nihil violentiæ neque raptus intervenisset, quia excitatio ad libidinem, violentia non est, ut probat Scaccia, de re judic. Gloss. 14. quest. 21. num. 58. neque pessima fraus, (nuptias promittendo quando adimplere promissa non poterat, quo in casu pœnam mortis imponendam tenuit Berlic. dict. conclus. 38. num. 29.) neque assidua persuasiones adessent, ut violentia præsumptiva probaretur, juxta communiter notata per Doctores de quibus Farin. d. qu. 147. num. 34. per plures segg. Imo puellæ ex veneorum confabulatione, libidinis stimulis inflammata, in stupro consentirent; quamvis pœna juris civilis, & Hispaniæ aggravanda esset, non tamen usque ad mortem; quia qualitates aggravantes similem acerbitatem non exigebant, ut ex dicendis resultat.

28 Neque his obstant in contrarium deducta, quia ad primum respondebatur, quod ex reiteratione criminis stupri, pœna mortis imponi non potest, ut in specie tenuerunt Farin. dict. quest. 147. num. 60. Berlich. d. concl. 38. numer. 103. Carpov. d. quest. 69. numer. 14. ad fin. & Anton. Faber d. diffin. 5. num. 14. in not. Thomas Grammaticus, quem sequuntur Thefaurus & Baiardus, ubi supra, loquitur de stupro reiterato ducendo plures uxores superflite prima, & ad hoc simile facinus, quicquid ij dicant, non punitur pœnâ mortis, quamvis hæresin sapiat, sed alia mitiori, ut pleribus probat

Carena, de officio sancti. Inquis. part. 2. tit. 5. §. 12. numer. 61. cum sequentibus, Caballus, cas. 98. num. 1. cum segg. & ex nostratibus Gomez, in d. leg. 80. Taur. num. 27. cum duob. segg. Gutierrez, lib. 2. practie. cap. 5. per tot. Ferdin. Otero, in quest. juris parte 3. quest. 9. num. 3. Trafmicra, de Polygam. lib. 2. quest. 1. num. 29. cum segg. Et sic licet iste reus tres puellas stuprasset, non pœna mortis, sed alia leviori pœna puniendus erat, quamvis graviori respectu simplicis stupri.

Ad secundum dicendum est, quod licet ceter omnes puellas ducere non posset, neque aliquam, quia nulla contrahere cum illo voluit, & ob paupertatem non posset dotare, quo in casu subintrat regula: qui non habet in bonis luat in corpore, hæc procedit quo ad pœnam extraordinariam; sic docente Ulpiano, in leg. 1. §. generaliter, ff. de pœn. ibi: ut eis qui pœnam pecuniariam egentes, cludent; coercitionem extraordinariam inducant. Ubi plura Doctores tradunt, signanter Dionys. Gothofred. Menoch. de arbitrar. cas. 447. num. 3. Farinac. quest. 26. num. 17. Tuscus, litt. D. conclus. 53. n. 1. Dominus Covartuv. lib. 2. var. c. 1. n. 8. Riceius, rer. quorid. resol. 2. 51. ex. num. 1. Anton. Matth. d. lib. 48. ff. tit. 18. cap. 5. num. 9. Et sic reus iste dum pœna juris civilis, & Hispani, quæ arbitraria est puniretur, jam in corpore lucebat, juxta communem sententiam, quod in bonis defecerat.

Ad tertium dicendum quod licet in puncto juris nostræ leges recipiant interpretationem quam supra tradidimus, in praxi communiter admittitur dispositio Text. in dict. 4. leg. tit. 20. lib. 6. recopil. ut tradit Azevedo, in d. leg. 6. titulo 20. lib. 8. simpliciter interpretata, ita ut pœna corruptentis virginem, cognatam, vel nutricem domus domini quem servit, sit judici arbitraria, eam aggravando secundum qualitates commissi, citra mortem tamen, nisi interveniente raptu, vel violentia; & sic judicatum sæpius fuisse testabantur antiquiores, & tradunt Azevedo, in dict. lib. 6. Vela, d. part. 1. delict. cap. 36. num. 9. cum quibus congruunt tradita per Berlich. concl. 38. num. 108. docentem, famulum puniendum pœna gravi, si filiam domini stupraverit, extra mortem tamen; quod ego intelligerem si differentia qualitatis magna non sit; nam si nobilis puella flagitata

flagitata fuerit à vili famulo, pœnam acerbam deberi crediderim, juxta doctrinam ejusdem Berlich. dict. conclus. 38. num. 104. qui plures adducit, quibus addendi Anton. Fab. in C. d. lib. 9. tit. 7. diffin. 3. & Fontanel. d. gloss. 5. part. 2. n. 24. cum sequentibus.

34 Et licet pœna aggravetur in tutore, vel curatore, puellam sibi commissam stuprante, sicut in commentariensi, & Custode carceris, copulam habentibus cum fœmina carceribus mancipata: tamen pœnâ extraordinariâ plecti tenent omnes relati supra, num. 21. & 22. licet graviori simplicis stupri: ex quibus Alphenus, quia nobilis fustigari non poterat, ad Arceas Afras missus fuit per decennium.

35 Sed in hac specie dubitatum fuit, an puellæ puniendæ essent, quia inhonestissime stuprum admiserunt, spontaneè consentiendo: & de jure sic procedere videbatur, argumento Text. in lege 1. Cod. Theodos. de rapt. virgin. ubi Jacob. Gothofred. & sic cum Platea, Saliceto, Angelo, Petto Gregorio, & Tuscho, probant Farinac. dict. quest. 147. num. 49. Baiard. ad Clar. dict. §. stuprum, num. 13. Berlich. dict. conclus. 38. num. 117. Carpov. d. quest. 69. num. 57. cum sequentibus; ex nostrat. Anton. Gomez, in dict. l. 80.

36 num. 5. ad fin. Et licet fatear, quod in usu nostrorum judiciorum similis punitio non est admittenda, quod etiam fatentur Farinac. quest. 139. num. 51. & Fontanella, dict. Gloss. 5. num. 51. admittendam crediderim, quia tam fœminæ quàm viri in hoc crimine delinquant, & sub eisdem dispositionibus juris civilis comprehenduntur, ut notat Ant. Gomez, ubi prox. Quod compertum est, animadverso, quod

37 lex Julia tam de stupris, quàm de adulteriis coercendis tractavit, ut ex ipsius inscriptione, sive rubrica resultat: & nulla ratio diversitatis versatur ad hoc, ut fœminæ impunitæ remaneant in crimine stupri, quando de adulterio puniuntur, sicut in terminis tenuit Glossa in lege si adulterium, 38. ff. ad leg. Jul. de adul. & ibi Bartol. sic dixisse Vivium, decis. 299. num. 4. reperies. Si enim ratione sexus, vel ætatis mitius puniendæ sint; aut ratione violentiæ, seductionis vel raptus excusentur, non est hujus inspectionis, quia hoc in unaquaque specie inspicendum erit. Ratio juris suadet, quod pœna sequatur omnes quos delinquendi DD. Laur. Mattheu, de Re Crim. Pars I.

voluntas ad crimen adducit; rectæ gubernationis dictamen, quod fœminæ deterreantur ne facilliter in hanc labem incidant. Si aliqua pœna coerceretur puellæ, neque tantæ deceptæ sub frustra nea spe nuptiarum derideretur, neque tot tantæque adolescentulos quorum matrimonia ambiunt, ad amplexus invitarent. Si enim in aliqua specie hæc doctrina admittenda esset, maximè in hac, quia impudentissime stupratori se obtulerunt. Tamen inveteratas Curia stylos exclusit Filci accusationem, nam re maturè inspecta solum fœminæ punitæ reperiebantur, casu quo post stuprum in concubinato diu permansissent, & sic pœna videretur inflicta pro crimine ab istis puellis non patrato: licet ratione stupri puniendas æquum esse crediderim.



## CONTROVERSIA LII.

De vi & effectibus assertiois judicialis puellæ stuprum passæ.

## SUMMARIUM.

- 1 Assertio accusatrici attendenda non est, quia diceret testimonium in causa sua. contr. n. 17.
  - 2 Assertio offensa, nullius momenti videtur, quia inimica rei detegitur. contr. n. 18.
  - 3 Inimicitia cadit in mulierem, ad effectus judiciales.
  - 4 Socii criminis dictum, de jure non probat. contr. n. 19.
  - 5 Assertio jurata puellæ stuprata, probat virginitatem precedentem, alio non probato.
  - 6 Assertio puellæ, cum adminiculis facit indicium ad torturam.
  - 7 Quod procedit tam in mare, quàm in fœmina, majori, vel minori, volente, vel reluctante.
  - 8 Stuprum est crimen difficilis probationis, & sic probatur conjecturis, indiciis, & præsumptionibus.
  - 9 Immo levioribus indiciis, quàm cetera crimina.
  - 10 Adminiculum quid sit, remissivè.
  - 11 Probationes in delictis veneeris prudentis judicis arbitrio committuntur.
- Mm 2 12. Asser

- 12 *Assertio puella aliis honesta, in quam non cadit suspicio quæstus, si deformata reperitur, dum ad pœnam juris Canonici agit, indicium ad torturam facit.*
- 13 *Probationes leviores sufficiunt, quando non tractatur de impositione pœna ordinaria.*
- 14 *Tortura non infertur in criminibus, quorum pœna levis est.*
- 15 *Stupri pœna dotationis est, & corporalis, qua præstatur, puellam ducendo.*
- 16 *Pœna capitalis qua fit.*
- 17 *Ducens puellam quam nolebat, & libertatem quodammodo amittit.*
- 18 *Tortura illatio commutari solet, in pœna leviori.*
- 19 *Puella stuprata torquenda non est, ut indicium faciat, quia infamis non efficitur, licet sociâ criminis dicatur.*

**I**NTER præcipuas quæstiones quæ in controversiis criminalibus, in materia stupri, agitari solent, hæc frequentior est; an alicujus efficaciam sit assertio puellæ stuprum passæ, tam quoad probationem virginitatis præcedentis, quam ad præcipuam criminis probationem. Et ratio dubitandi versatur circa tria; nam si querelam proposuit, ut ordinariò fit, accusatrix est; si non proposuerit ex deceptione, & injuria sibi illata inimica fit; & utrumque consideretur sociâ criminis apparet, quia sine illa perpetrari non potest, & sic exclusâ manet à testimonio ferendo. Quia si accusatrix consideretur, testimonium diceret in causa propria, contra decisionem Text. *in lege nullus, ff. de testibus, leg. in omnibus, Cod. eodem, cap. forus, §. in omnibus, de verb. significat. Pluribus Farinac. q. 60. n. 64. cum seqq.* Si autem non accusaverit, ex injuria illata remanet inimica, & inimicitia gravis excludit à testimonio ferendo, Text. *in l. 1. §. præterea, ff. de quæst. latè idem Farin. q. 46. n. 12. & 9. cum sequentibus, & q. 53. num. 3.* Nec relevat quod in feminam non cadit inimicitia: quia, ut dixi *Controv. 30. numero 61.* illa conclusio procedit in extrajudicialibus actis, non autem in judicialibus, qualis est repulsa testium, ut probat Farin. *dict. quæstione 53. num. 4.* quia feminæ odii capaces sunt, ac per consequens probata causa, inimicitia repelluntur. Et denique, quia puella stuprum passâ æqualiter delinquit

cum stupratore, & sociâ criminis ejusdem sit, ut dixi *controvers. præcedentis, numero 35.* Et dictum sociâ criminis, regulariter non probat, ut latè dixit Farin. *dict. quæst. 43. num. 1.* & ratio est, quia per confessionem criminis, efficitur infamis, & infamem à testimonio ferendo exclusi sunt, Farinac. *quæst. 55. num. 26. cum sequentibus.*

Sed quia in crimine stupri specialia quædam constituta sunt, distinguendi sunt effectus, quos assertio puellæ adhibetur. Nam si agitur de probatione virginitatis præcedentis, quia est qualitas quæ naturaliter inest: vel deceptionis, quæ ratione sexus, & ætatis semper præsumitur: dummodò contrarium non probetur, puellæ assertio jurata plene probat, ut docet Clarus, *in §. stuprum, num. 4.* ubi Baiard. *num. 41.* Farin. *quæstione 147. num. 135.* Mascardus, *de probat. conclusione 1411. num. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 89. num. 1.* Fontanella, *de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. Glos. 5. parte 1. num. 55.* Gutierrez, *lib. 1. Canoniar. cap. 37. num. 11.* Salced. *ad Bernard. Diaz, in præct. canon. cap. 83. addit. 2. Vela, de delict. part. 1. cap. 31. numer. 2.* Rota apud Farin. *post tom. 2. consil. crim. decis. 74. num. 6.* Berlich. *conclus. practica. parte 5. conclus. 38. num. 6.* & Carpov. *in præct. crim. p. 2. q. 68. n. 81. & 82.* qui alios plures adducunt, & neminem contrarium tenentem.

Quoad probationem delinquentis, ipsa assertio per se sola nihil probat, sed adminiculis adjuvata, & jurejurando effecta, licet plenam probationem non constituat, facit tamen indicium ad torturam: sic expressè docent Baiard. *ad Clarum, in §. stuprum, num. 41.* Farin. *dict. quæst. 43. num. 99.* Trevisan. *decisi. ne 14. num. 1.* Caballus, *cas. 84. num. 10.* Maccraten. *variar. lib. 3. resolut. 7. per tot. signanter num. 14.* Ambrosin. *part. 2. decis. 35. ex num. 9.* Fontanella, *de pact. nupt. claus. 5. gloss. 5. part. 2. num. 82.* Ciarlin. *Controvers. foren. lib. 2. cap. 174. num. 11.* Giurba, *consil. 37. num. 17.* & Carpov. *3. quæst. 122. num. 7.* ex nostratibus Didacus Perez, *in Rub. iii. 15. lib. 8. Ordin. in Gloss. vers. dubitatur aliqua mulier. Quæ conclusio procedit sive femina, sive mas fuerit, qui patitur stuprum; sive minor, sive major, sive volens, sive coactus, ut Farin. Trevisan. Rice, Ciarl. & Carpov. tenent ubi proximè. Cujus ratio est, quia stuprum est ex criminibus, quæ clam,*

clam, & secretò fiunt, ac per consequens directè probati non possunt, sed indicium, præsumptionibus, & conjecturis, Text. *in l. si quis loquens, ff. de manum testam. leg. non omnes, §. à Barbaris de re milit. cap. præterea 27. de testib. & attestat. cap. litteris 11. de præsumpt.* cum aliis adductis per Bartol. *in l. si quis ex argentariis, §. an verò, num. 3. ff. de edend. Bald. in l. si fugitivi, n. 5. & 28. Cod. de ser. fugit. Thomam Grammat. consil. 22. num. 15. & voto 21. num. 4.* Mascard. *de probat. conclus. 1338. num. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præf. 41. num. 1. cum seq.* Fontanellam, *de pact. nuptial. claus. 5. Gloss. 5. p. 2. num. 80.* Scacciam *de re judicat. Gloss. 14. quæst. 21. num. 16. cum sequentibus.* Farin. *q. 37. n. 150. & q. 136. num. 4.* Caball. *cas. 288. n. 71.* Giurbam, *consil. 13. n. 1. & consil. 37. num. 12.* de jure nostro probat Text. *in leg. 62. styli. ibi: que se prævera por. se hales, o por. sojpechas, o presunciones, tradunt ex nostratibus Paz, in d. leg. 62. n. 12. cum seq.* Montalvus *in leg. 6. tit. 2. lib. 3. for. judic. Gloss. 3.* Didacus Perez *in l. 2. tit. 15. lib. 8. Ordin. Gloss. 3.* Azcvedo, *in Rubrica, num. 20. & l. 4. tit. 20. lib. 8. recopilat. num. 2.* Dominus Valencuela, *consil. 28. num. 20.* ita ut ex levioribus indicium, in his criminibus, deveniri possit ad quæstionem secundum Baldum, *in leg. quicumque, num. 2. Cod. de sero. fugit. Clar. in §. fin. q. 64. num. 6.* ubi Baiard. *num. 19.* Guazzin. *defens. 30. cap. 4. num. 9.* Giurbam, *dict. consil. 13. n. 2.* Carpov. *parte 3. quæst. 114. num. 35.* ex nostratibus Avendaño, *de exequ. mandat. parte 1. cap. 2. num. 16.* Quid autem adminiculum sit, explicat optimè Farinac. *quæst. 36. num. 13. cum sequentibus.* Qui *quæst. 43. ex num. 163.* plura adminicula proponit; sed quæ sint congruentia crimini stupri, explicant Doctores relati, *num. 8. & 9.* sed præcipuum, in quo omnes conveniunt, est quod in his regula certa dari non potest, præter traditam à Cælestino III. Pontifice Romano, *in d. cap. præterea ad fin. ibi: circumspectus judex, atque discretus motum animi sui ex argumentis, & testimoniis, quæ rei apiora esse compererit, confirmabit.*

12 Quod sæpius evenire solet, & à prudentissimis iudicibus admissum in praxi videtur, est: quod si puella probatæ pudicitie præcedentis, in qua nulla suspicio turpitudinis, aut quæstus cadat, asserit ab aliquo stupratam fuisse; & hæc inspecta per obfiterices, violata reperitur, & D. D. Laur. Matheu, *de Re Crim. Pars 1.*

agat ad pœnam canonici juris, nempe ut eam ducat stuprator, credenda sit: nam antea vitæ adminiculo juvatur Text. *in leg. 3. in princ. ff. de test. ibi: an honeste, & inculpate vitæ, an verò notata, & reprehensibilis.* Effectus stuprum demonstratur; & dum subijcitur potestati ejus, quem maritum ambit, credendum non est talia ausuram, quia indignationi ejus exposita remaneret. Cùm enim in his terminis non tractetur de imponenda pœna mortis, neque aliqua ex acerbis, non requiritur omnis probatio possibilis, sed sufficit ea quæ ex dicto indicio resultat, ut doctissimè tradit Scaccia, *d. q. 21. num. 30.* Neque dicitur obstat, quod indicium ad torturam nihil operabitur, in crimine, ratione cuius, pœna capitalis imponi non potest per Text. *in leg. editum, ff. de quæst. Farin. quæstione 38. numero 6. & quæstione 42. ex num. 1.* Giurb. *consil. 14. num. 14. & consil. 91. numero 19.* Carpov. *dict. part. 3. quæst. 119. num. 5. & 7.* Quia Textus & Doctores loquuntur in terminis delicti, ratione cuius pœna levissima imponenda est, ut putè carceris, exilii, aut pecuniar; non autem quando pœna ex gravioribus debetur. Pœnæ enim graviores in triplici differentia sunt, in his criminibus, deveniri possit ad quæstionem secundum Baldum, *in leg. quicumque, num. 2. Cod. de sero. fugit. Clar. in §. fin. q. 64. num. 6.* ubi Baiard. *num. 19.* Guazzin. *defens. 30. cap. 4. num. 9.* Giurbam, *dict. consil. 13. n. 2.* Carpov. *parte 3. quæst. 114. num. 35.* ex nostratibus Avendaño, *de exequ. mandat. parte 1. cap. 2. num. 16.* Quid autem adminiculum sit, explicat optimè Farinac. *quæst. 36. num. 13. cum sequentibus.* Qui *quæst. 43. ex num. 163.* plura adminicula proponit; sed quæ sint congruentia crimini stupri, explicant Doctores relati, *num. 8. & 9.* sed præcipuum, in quo omnes conveniunt, est quod in his regula certa dari non potest, præter traditam à Cælestino III. Pontifice Romano, *in d. cap. præterea ad fin. ibi: circumspectus judex, atque discretus motum animi sui ex argumentis, & testimoniis, quæ rei apiora esse compererit, confirmabit.*

13 Quod sæpius evenire solet, & à prudentissimis iudicibus admissum in praxi videtur, est: quod si puella probatæ pudicitie præcedentis, in qua nulla suspicio turpitudinis, aut quæstus cadat, asserit ab aliquo stupratam fuisse; & hæc inspecta per obfiterices, violata reperitur, & D. D. Laur. Matheu, *de Re Crim. Pars 1.*

Mm 3 - testem

estem limitatur in pluribus, signanter in causa matrimonii, ut docet Farinac. *dict. questione 60. num. 72.* Non obstat secunda obiectio, ex inimicitia resultante ratione injuriæ illatæ: quia hoc procedit intercedente inimicitia capitali, ut explicat Farinac. *quest. 53. num. 52. cum sequentibus*, & inimicitiam capitalem contra cum non habet puella, quæ ipsius consortium desiderat; ac demum quia inimicitia obiectum adminiculis purgatur, ut aliis relatis probat Baiardus, *ad Clar. §. fin. questione 24. num. 24.* Non tertia, quia socii criminis dictum in criminibus difficilis probationis admittitur, latè Farin. *quest. 43. n. 56. cum seqq.* & specialiter in crimine stupri, ut idem probat, *d. num. 96. cum seqq.* Et quamvis aliqui Doctores tenent, quod credatur torquendus sit, per Text. *in l. quoniam liberi 11. Cod. de testibus*, tradunt Clarus, *in §. fin. quest. 21. num. 3.* Mascard. *de probat. conclus. 1311. numero 38.* Farin. *dict. quest. 43. num. 56. & n. 134.* Carpov. *part. 3. quest. 121. num. 28.* qui alios referunt. Hoc procedit, quia per confessionem criminis infamis fieri solet: puella stuprum passa seducta præsumitur, & sic delictum non patrasse dici potest; & si deliquerit, non redditur infamis, imò neque inhonesta est, dum amplexus aliorum non admittit, ut docet ipse Farin. *quest. 137. num. 82.* Et sic pluries in terminis superius relatis, vidi in praxi admitti simile indicium assertionis puellæ, cum adminiculis: sine illis despici semper.



## CONTROVERSIA LIII.

De exceptione impotentia ad venerem, in crimine stupri.

## SUMMARIUM.

- 1 Facili species narratur.
- 2 Generatio sequi potest ex simplici genitalium approximatione.
- 3 Semine virili emisso, absque commixtione corporum, potest subsequi generatio, dum semina vi attractiva, qua potitur, irahat uterum.
- 4 Generare possunt mares pene abscisso, & n. 22.
- 5 Stuprum committitur quoties virginæ integritas corrumpitur.

- 6 Stuprum committitur etiam effractio claustris pudoris non sequatur.
- 7 Hymen in virginibus quid, & an ex ejus integritate deprehendatur puellam esse virginem?
- 8 Cohærentia partium in pudendis muliebribus, nota virginis esse solet.
- 9 Stuprum est violatio integritatis virginis, ex quolibet congressu maris, etiam si partes integra maneat.
- 10 Mulier concipere potest, integro hymene permanente.
- 11 Corrupta puella dicitur illa, cujus pudenda integra manent, si semen virile recipiat, & concepisse appareat.
- 12 Pluribus modis femina concipere potest, absque fractura claustris pudoris.
- 13 Disruptio claustris pudoris potest dari absque detrimento virginis.
- 14 Exemplum virginis corruptæ, integris partibus pudendis manentibus.
- 15 Virginem impregnans licet claustris pudoris non corrumpat, tenetur eam ducere, vel dotare.
- 16 Et prolem ex ea susceptam alere.
- 17 Argumenta per possibile in criminalibus inutilia sunt.
- 18 Cohabitatio in eadem domo non facit indicium ad copulam inter famulam, & dominum.
- 19 Amputato radicibus pene, homo redditur inutilis ad stuprum.
- 20 Negativa coarctata per rei evidentiam resultans, prævalet affirmativa.
- 21 Conceptus absque viri reali congressu ridiculus est, nisi ope demonis incubi.
- 22 Viri quibus penis amputata non omnimode fuit, possunt generare, illi vero quibus radicibus abscissa, minime.
- 23 Semen inutile redditur si spiritus per refrigerationem evaporentur.
- 24 Deciso Aule.

**P**VELLA quædam, contra dominum querelam stupri proposuit, eo quod viduus factus, eam secum in eodem lecto cubare compulerat, virginis integritatem corruperat & gravidam reddiderat, sub promissione ducendi: tempore puerperii necessaria ministrando ac prolem tanquam propriam agnoscentem

agnoscendo, & cum promissa adimplere nolle, condemnari ad pœnam Canonice, & alimenta præstandum infanti, ac sibi postulat. Per contrarium Sartor, & dominus accusatus, omnia prælibata neganda, impossibilitatem stupri, & generationis allegabat, eo quod penem sibi multis annis retro amputaverant ob morbum gallicum, quo laboraverat. Medicus, & Chirurgus qui hæc exequuti fuerant testes ita deposuerunt, & ab aliis judicialiter inspectis, repertus fuit pene radicibus abscissa, sed superstitibus testiculis, & inhabilem omnino ad stuprum retulerunt, habilem ad spermatizandum, quamvis sibi videretur inutilis ad generandum. Replicabat puella lachrymarum ingenti copia madefactis genis, ab eo gravidam effectam, Deum ultorem ad pœnam perdidit implorando, atque infantulum recentem natum offerendo, ut cum saltem aleret, etiam si nuptias detestasset. Quæ tali affectu exprimebantur, ut verosimilia dicere, omnes crederent. Dubitabatur quid juris in hac ancipiti Controversia.

Puellæ favebat ratio possibilitatis generandi pene abscissa, nam licet regulariter ad generationem requiratur commixtio corporum maris, & femine, ut omnes Philosophi tenent, quorum antesignanus fuit Aristot. *lib. 2. de generat. animal. cap. 4.* & quoad nos probat Text. *in l. 1. §. jus naturale, ff. de just. & jur. Princip. instit. de jur. nat. gent. & civil.* Ubi communiter Doctores, tamen simplici genitalium approximatione, vel utcumque semen prope muliebrem vas ejiciatur, virtute attractiva uteri potest in eo introduci, & generare: sic tenuerunt Averroes, *lib. 2. collectan. cap. 10.* Sanctus Thomas; *1. part. quest. 51. art. 3. ad 6. & quodlib. 6. artic. 18. §. August. lib. 3. de Trinit. c. 5. & lib. 15. de Civit. Dei, cap. 29.* Niderus *in formicar. lib. 5. cap. 10.* Abulens. *in Genes. c. 6. in princ. verb. incubo,* Donat. Lusitan. *in Centur. curat. 36.* Albertus Magn. *lib. de format. homin. cap. 1.* Simon. Maiol. *dier. canicular. lib. 2. collog. 3.* Bernard. Diaz, *in pract. crim. cap. 83. numero 10.* Torreblanca *de magia, lib. 2. cap. 30. numero 32. & de jur. spirit. lib. 5. cap. 2. numero 13.* Martin. Delrio, *lib. 2. disquisit. magicar. cap. 15.* Fragofo, *de reg. reip. Christ. part. 1. lib. 2. disp. 4. numero 65. cum sequent. Sanchez, de matrimon. lib. 7. d. 113. numero 10.* Qui de Dæmone inca-

bo semen virile appropinquante celetur, de puella sperma attrahente in balneo, de filia recumbente cum patre, & aliis similibus exempla proponunt. Quæ licet vana, & fabulosa videantur Torreblanca, *ubi prox. & Paulo Zacchia, in quest. Medico. leg. lib. 3. tit. 2. quest. 8. ex numero 10.* tamen ipse fatetur cum Maiolo, Silvio, Schenkio, Fortunato, Fidelio, Savonarola, & Riolo, posse generare viros pene penitus ferme abscissa, ob validitatem residui penis, & ejaculationem spermatis, & vis attractivæ quam naturaliter uterus habet, ut videre licet apud eundem, *dict. quest. 8. num. 4. & 18.* Cum autem in nostra specie constaret de cohabitatione diuturna solius, cum sola, in eadem domo, sive habitaculo licet non de pernoctatione in eodem lecto de retentione toto tempore imprægnationis, de ministracione necessariorum tempore editionis partus; & nihil diceretur de inhonesta vita puellæ, vel de præsumpto auctore ipsius partus; sequeretur quod factorem eam stupraverat, atque gravidam reddiderat, cum residuo penis.

Et quamvis ratione impotentia, non posset rumpere claustra pudoris per violentum accessum: ad hoc ut stuprum committatur, non est necessaria omnimoda materialis corruptio partium; sufficit enim quod virginalis integritas per aliquem accessum cum feminis emissionem, ut colligitur ex Text. *in leg. inter liberas 6. §. 1. ff. ad leg. Jul. de adulter. c. lex illa 36. quest. 1.* pluribus Petr. Gregor. *syntag. lib. 36. cap. 9. numero 5.* Farin. *quest. 147. numero 4.* ex nostratibus Joan. Guetier. *lib. 1. Canonica. cap. 37. numero 2.* Et ad hoc, ut integritas virginalis corrumpatur non requiritur materialis effractio claustris pudoris, in cuius exteriori parte adest hymen, quatuor carunculis, totidemque membranis, ligatis, flosculum representans (non alicujus pelliculæ internæ ratio reperitur, membrana, ut aliqui opinati sunt) quod est nota Virginis, ut doctè probant Sever. Pinæus, *lib. 1. de not. virgin. cap. 5.* & Paulus Zacchias, *in quest. Medico-legal. lib. 4. tit. 1. quest. 2. numero 4.* sive sit cohærentia partium pudendi muliebri, nondum maris experte, ut Zacchia vel Pynæo non viso, tenuerunt Fontanella *de pact. nuptial. tom. 2. claus. 5. Gloss. 5. parte 2. numero 66.* Torreblanca, *de magia*